ſciētia quia plus peccat ſapiēs q̄ʒ inſipiēs et ſemꝑ in eodē peccato
Quarta eſt tempus qꝛ grauiꝰ ſit peccatū in diebꝰ feſtiuis ⁊ in ieiuniȷs
q̄ʒ in aliȷs diebꝰ Quīta eſt etas qꝛ plus peccat ſenex q̄ʒ iuuenis in pec-
cato eodem Sexta eſt conditio quia magis peccat mulier cōiugata q̄ʒ
ancilla luxuriando Vñ lex moyſi precepit mulierem maritatam ꝑ for
nicatione lapidari ancillam ꝟo flagellari Septima eſt numerus ſcilicʒ
pctōꝝ Vñ Eſa. q̄ʒ vilis facta eſt mens tua nimis iterās vias tuas ma
la Octaua eſt mors id eſt ꝑmanentia in pctīs ⁊ dilatio pñie que valde
grauāt pctā Nona eſt copia rerum mundanarum quia cui plus com-
mittiť magis negligēs deo efficiť quādo eum offendit vel copia. i. mľ-
titudo peccatorū Et ſic ꝑ numeꝝ pctōꝝ poteſt intelligi multiplex repe
titio eiuſdem peccati Decima eſt cauſa ſcilicet vtrum peccatum fiat ex
ſuggeſtione aliqua vel nō vel ex inuidia vel ex pura malicia vel aliqua
alia cauſa Undecimo eſt modus peccandi vnde ſi dormiens cum mu-
liere non teneat modum naturalem ſit grauius peccatum q̄ʒ ſi aliꝰ eēt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Duodecima eſt ſtatus altus ſcꝫ dignitas eccleſiaſtica vel ſecularis
Quanto gradus altioꝛ tanto caſus grauioꝛ. Decimatercia eſt modica
reſiſtētia.i.lucta puſilla qꝛ grauius peccat q̇ p̄ua tētatione vincit̃ ⁊ non
reſiſtit ei.q̄ꝫ ſi foꝛtiter teſiſteret.⁊ tūc tandē vinceret̃.

infirmus pniam agat .i.crimina ſcꝫ oꝛe
Eger peniteat et culpas confiteatur
non iungetur ego coꝛpalis pnia manifeſtetur
Non impunet̃ huic pena ſed inſinuetur
pniam eger pficiet .i ꝯualeſcētia coꝛpalis egro tribuatur
Hāc tñ implebit ſi firma ſalus ſibi detur
eger moꝛiat̃ liberet qui hꝫ ꝯtritionē ꝯfeſſoꝛ infirmū
Si migret abſoluat contritum p̄ſ bpter egrum
egrum oꝛōnes alleuiēt abſtinētia elemoſyne amicoꝝ
Huncqꝫ preces releuent ieiunia dona ſuoꝛum
pnia verecundia turpis poſt moꝛtem fias
Vt ſit pena ruboꝛ tibi vilis vt efficiaris
litteratioꝛ pro ꝙ efficiaris imponit̃.ſ.infirmo.i.ꝯfitearis
Doctioꝛ vt fias iniungitur vt fatearis
abſcondet in vltimo tua peccata
Judicio teget extremo cōfeſſio culpas
vt non cernat ſaluatoꝛ ꝑ vel .i.diabolus ille hō culpas
Ne videat deus aut demon vel q̇ facit illas

¶ Jn iſta pte autoꝛ oſtendit quomodo eger ſeu infirmus debeat penitere id eſt confiteri.⁊ quomodo ſibi ſit imponenda penitentia. Secundo quomodo debeat abſolui ibi. Si migret. Tercio quomodo ſit penitendum ⁊ quare.ibi Doctioꝛ vt fias. Et dicit ꝙ eger id eſt infirmus debet habere contritionem ⁊ confiteri plenarie peccata ſua ⁊ velle facere penitentiam.⁊ ſibi non debet imponi penitentia.ſed debet ſibi ſic notificari vt ſi fiat ſanus ꝙ illam impleat.ſꝫ ſi moꝛiatur,debet abſolui a peccatis ſuis contritis ⁊ confeſſis.⁊ debet releuari per pias elemoſynas. preces ⁊ ieiunia ſuoꝝ amicoꝛum.⁊ loco penitentie debet ei imponi ruboꝛ quem habebit de hoc ꝙ tam vilis erit poſt moꝛtem. Et vt tu peccatoꝛ fias doctoꝛ.i.ſapientioꝛ ad inquirendū de pctis debes nude confiteri ⁊ ſubiūgit cauſam ibi. Judicio teget.dicēs ꝙ cōfeſſio eſt tante poteſtatis ꝙ in extremo iudicio totaliter tegit peccata ꝙ nec deus nec demon.i. diabolus nec ipſe peccatoꝛ poſſet videre illa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Circa textum dubitatur

Primo quō morientibus ſit imponenda pnīa
Secundo quomodo et a quibus peccatis ſunt abſoluendi,
Tercio an quis poſſit in fine vite ſue facere penitentiam bonam
Quarto quid ſit de illo qui preuenitur morte anteqꝫ confiteatur
Quinto quō aliquis fit doctior ex confeſſione.
Sexto de extremo iudicio vbi quomodo ⁊ quibus fieri debeat

¶ Ad primum dubium rn̄det ſm mgr̄m ſniarum. ſic dicentē. de infirmis in periculo mortis poſitis inquirēda eſt pura cōfeſſio pctōꝝ tamē illis nō eſt imponēda quātitas pnīe. ſed tm̄ eſt manifeſtanda ſeu inſinuanda. ⁊ ſi migrauerit tūc amicoꝝ orōnibus ⁊ elemoſynarum largitionibus pondus pnīe eſt ſubleuandū ſi poſt ꝯualuerit pnīam ſibi inſinuatam diligenter adimplebit

¶ Ad ſecundū rn̄det ꝙ tpe neceſſitatis ſcꝫ egritudis ſeu mortis p̄t quilibet infirmus a quolibet preſbytero abſolui qꝫuis in ſuia excōmunicationis eſſet Unde ſi preſbyter abnegauerit pnīam penitentibus moriētibus. reus erit animarum. quia dominus ait. Cum conuerſus fuerit pctōr ſalu⁹ erit Unde ꝯfeſſio poteſt eſſe in vltimo tempore vite. vt patet de latrone dexteri lateris

¶ Ad terciū rn̄det ex dubio p̄cedenti d̄t tn̄ Auguſtin⁹ ꝙ difficile eſt ſcire vtꝝ talis ſaluetur vel damnetur. ⁊ ideo infert. ſi vis a dubio liberari ⁊ certus eſſe age pnīam dum ſanus es Et ideo eſt valde periculoſum differre penitentiam vſqꝫ ad finem vite

¶ Ad quartū rn̄det ſm mgr̄m ſniaꝝ li. iiij. ꝙ ſi q̇s nō ſit ꝯfeſſus ⁊ hꝫ bonū teſtimonū ꝙ nō poterat inuenire ſacerdotē qꝛ p̄occupauit eū mors in domo vel in via. ⁊ ſi parētes faciāt oblationē ꝓ eo ad altare. firmiter ſperandū eſt de ſalute ⁊ ſaluatōe ei⁹. qꝛ deus eſt inſpector cordis

¶ Ad quintū rn̄det ꝙ dupl'r d̄r q̇s fieri doctior in ꝯfeſſiōe. Primo qꝛ cautior eſt ad cauendū ſibi de pctīs Scd̄o mō qꝛ ſapientior ſeu magis fit inſtruct⁹ nam in ꝯfeſſiōe nō ſolū vitia ſunt manifeſtāda ſꝫ etiā doctrine ⁊ informatōes ſalutares ſunt exhibende

¶ Ad ſextū rn̄det ꝙ extremum iudicium eſt horribile ineuitabile. intollerabile, inopinabile. ⁊ erubeſcibile. Item erit in valle Joſaphat multiplici ratione Primo quia ille locus eſt cōis. qꝛ eſt media regio terre habitabilis. Scd̄o qꝛ eſt locus famoſiſſimus ⁊ publicus propter opera noſtre redemptōis que ibi geſta ſunt Tercio quia Joſaphat interp̄tatur

iudiciū dñi Vñ Johel ꝓpheta Cōgregabo' o ēs gētes' ꝛ ducā eas in val
lem Joſaphat. ꝛ ibi diſceptabo cū eis Etiā ſcd̄m mgr̄m ſniaꝝ nō ſolum
chriſtus iudicabit. ſꝫ etiā ſci ei⁹. Juxta illud dñi Vos q̄ ſecuti' eſtis me
ſedebitis ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim tribus iſrael

Confeſſor dulcis affabilis atqꝫ benignus
ad in iūgendū pniam ad iudicandū .i. ꝯdolens
Sit ſapiens iuſtus ſit mitis cōpatienſqꝫ
ꝑ ſicut pcm̄ qd̄ ipſemet fecit ſic' abſcōdat crimia pctōꝝ in ꝯfeſſiōe dcā
Vt crimen ꝓprium celet peccata reorum
tardus ad imponendū dolorē ꝓmpt⁹ dandū remiſſionem
Sit piger ad penam ſit velox ad miſerand'
.i. dolentē ſe oñdat pctōrem macula auſterum
Et doleat quotiēs facit illū culpa ferocemum
.i. imittēs pia ṽba dās ṽba ꝯſolatoria dās ṽba correctoria
Jnfundēs oleū mulcēs vinūqꝫ flagellans
aliqñ i. ferocitatem qñqꝫ exhibeat dulcedinem
Nunc virgam patris nunc prebeat vbera matris
cōfeſ. i. loq̄t tacite aut alte puniat ṽbis compeſcit
Sibilet et cantet ſtimulet cum cogit oportet

¶ In iſta pte autor determiat de cōfeſſore ꝓut reſpicit confeſſorem. Et
diuidit. Nam pmo oſtēdit quomodo ſe habebit confeſſor in geſtis ſuis
quādo audit cōfeſſiones. Secūdo oſtēdit quomodo ſe habebit in inter
rogādo. Tercio quales excitatōes habebit cōfeſſor. Quarto compat cō
feſſorem medico. Quinto oſtēdit in ſpeciali qualis pnia debet imponi
pro pctis varijs. Sexto de operibus miſericordie Septimo oñdit ge/
neraliter quomodo pnia ſit iniungēda. ptes patebūt in ꝓceſſu. Prima
pars adhuc diuidit in duas Nam pmo oſtēdit qualis debet eſſe confeſ
ſor Secūdo qualiter debet celare pctā ſibi in cōfeſſione dicta ibi Vt cri/
men ꝓprium. Dicit pmo ſic/ꝙ cōfeſſor debet eſſe dulcis affabilis. benig
nus. ſapiēs. mitis. iuſtus. pius. ꝛ compatiēs. Tūc ibi. Vt crimen dicit
ſic cōfeſſor debet celare pctā peccatoꝝ ſeu cōfitentium ſicut ꝓpria pctā.
Et debet eſſe piger ad pniam ꝛ velox ad dei miſcdiam. debet etiaꝫ ſe do/
lentem oñdere quando culpa facit ipm̄ pctōrem ferocem id eſt ſupbum
Debet etiam habere quādoqꝫ mollia ṽba ꝛ blanda. ꝛ quādoqꝫ aſpera et
ferocia. ꝛ debet dare interdū virgam patris. id eſt auſteritatem in ṽbis
et quandoqꝫ debet prebere vbera matris. id eſt dulcia ꝛ ſuauia ṽba ꝛ qñ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

ꝙ debet ſibilare.i.ſecrete vel baſſe loqui,⁊ quandoq₃ cantare.i.alte loqui ſcd̄m oportunitatem

Circa textum dubitatur

Primo vtꝝ vnus cōfeſſor poſſet mutare penitē tiam iniunctam ab alio

Secūdo q̄d debet fieri de ſurdis ⁊ mutis.⁊ quo modo debeant confiteri

Tercio ſi ſacerdos an̄ ↄfeſſionē ſciret pctm̄ ali qd̄ vtꝝ deberet ſibi dici in ↄfeſſione

Quarto que ſit pena ſacerdotis reuelantis pctā ſibi in confeſſione dicta

Quinto ſi ↄfitens daret ↄfeſſori licentiā reue landi vtꝝ poſſet pctā reuelare

Sexto ſi confeſſor cogeretur reuelare,vtrum po ſſit reuelare

¶ Ad primum dubium rn̄deꝫ ꝙ ſi cōfeſſor velit mutare pniam. debet quattuor aduertere Primum eſt ꝙ diſcrete mutet illam pniam.id eſt ꝙ non imponat leuiorem vel grauiorem pniam niſi ex certis ⁊ legittimis cauſis. Secundū eſt ꝓpter rōnabilem ⁊ nccāriam cām. Tercium eſt ꝙ hoc faciat reſpcū ſuoꝝ ſubditoꝝ. Quartū eſt ꝙ talis pnia nō ſit iniūcta pro caſu ꝑtinente ad ſuperiorem

¶ Ad ſecundū rn̄deꝫ ꝙ ſurdi ⁊ muti debent ſignis induti ad confeſſio nem ⁊ ad deteſtationem peccatorum ⁊ ſi notabiliter percipiatur eorum deuotio vel voluntas confitēdi ſi poſſent,iudicādum eſt de illis ſicut de confeſſis. Hec raymundus

¶ Ad terciū rn̄deꝫ ꝙ ſic.q꞉ illud qd̄ prius ſciuit confeſſor hoc ſciuit vt hō ſed qd̄ ꝑ ↄfeſſionē ſcit hoc nō ſcit vt hō.ſed vt de⁹ Et ꝓpter hoc pub lici pctōres quoꝝ pctā nō ſolum ſunt nota ſacerdoti ſ₃ etiam alijs tenē tur confiteri illa pctā publice

¶ Ad quartum rn̄deꝫ ꝙ pena ſacerdotis reuelātis pctā ſibi in confeſſio ne dicta. Prima eſt q꞉ peccat mortaliter ſi verbis vel ſignis illa reuela uerit.vt ptꝫ extra de pnia ⁊ remiſſiōe ca.omnis. Secūda eſt quia debet deponi ab officio ſacerdotali,tercia eſt ꝙ per totam vitam ſuam peregri netur vel in arctum monaſterium ad agendū perpetuam pniam retru datur. Vn̄ Grego. Caueat ſibi an̄ omnia ſacerdos ne de his que ſibi cō fitentur peccata alicui recitet.non ꝓpinquis.non extraneis.nec quod abſit pro aliquo ſcandalo Nam ſi hoc fecerit deponatur ⁊ omnibus die bus vite ſue peregrinando pergat

¶ Ad quintum rn̄deꝫ ꝙ ſi ↄfitens daret ↄfeſſori licētiam reuelādi ſi il lud reuelet nō frāgit ſigillum cōfeſſionis,tutum eſt tamē ne ↄfeſſor re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

uelet niſi magne vtilitates poſſent inde ſequi. Et hoc duabus de cauſis Prima eſt ꝓpter reuerentiā ſacramēti. Scđa ē ne ꝯfitēs poſtea dicat illū ꝯfeſſorem reuelaſſe pctā ſibi in ꝯfeſſione dicta.

¶ Ad ſextū rñdet̃ ꝙ ſi ꝯfeſſor coget̃ ꝑ obedientiā vl' iuramentū vl' penā ꝛ ſcit tale crimen de tali cuius ꝯfeſſor fuit tūc ꝯfeſſor ſi non pt ꝑ aliam viam euadere. pt licite iurare ꝙ neſcit illud crimen de illo q̄ꝫuis tn̄ ſcit. nec in hoc eſt piurus qꝛ iuramentū non cogit eum ad dicendū aliud q̄ꝫ ꝙ ipſe ſcit vt hō. ſed qđ ipſe ſcit in cōfeſſione non ſcit vt homo ſed vt deus. cuius ꝑ tunc eſt vicarius. Unde Auguſtinus dicit. Nihil minus ſcio q̄ꝫ qđ in confeſſione audio

in ꝑncipio cōfeſ. interroget pctōr qualiter fidē catholicā hꝫ
In primis querat contritus quomodo credat
fidelis ſit bene cū corde .i. ꝯfitear̃ cū ore
Si credat ſane corde fateatur et ore
predicta pctōris pctā diligēter .ſ. cōfeſſor
Poſt hec rimetur peccātis vulnera caute
abomiabile vitiū ꝯfeſſor dicat aliqđ
Contra naturam culpā nō exꝑmat vllam
de deteriori peccato homo interrogetur
Nec ſuꝑ enormi ſimplex ſi conueniatur
peccato cognouit faciendum inducatur
De quo nil ſciuit ad agendum ſic moueatur
ꝯiūx aliq̄ illi' pcti culpabilis ſapiēte
Uxor adulterij rea confeſſore perito
peniteat adulterea ſacra viro ſuo
Sic luat admiſſa ne ſit ſuſpecta marito

¶ In iſta ꝑte autor oñdit quomodo confeſſor debet inquirē de pctis ꝛ diuidit Nam ꝑmo oñdit quid debet iuquirē. Scđo quid confeſſor nō debet inquirere. Tercio quō adultera debet ꝯfiteri. ſcđa ibi. Contra naturam. tercia ibi. Uxor adulterij. ¶ Dicit ꝑmo ſic. ꝙ in ꝑncipio cōfeſſionis ante oīa cōfeſſor debet inquirere de fide confitentis. qꝛ fides eſt fundamentū oīm ꝟtutum deinde debet querē de ſingulis pctis. ſed nō debet querē de pctis ꝯtra naturā. ne peccator moueatur ad agēdū talia pctā contra naturam que prius neſciuit. Dicit vlterius ꝙ vxor adultera debet confiteri ſapienti confeſſori. ꝛ ſibi debet imponi talis penitentia ꝙ non habeatur ſuſpecta viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Circa textum dubitatur
Primo quid ſit fides
Secundo quare pmo querendũ ſit de fide
Tercio q̄ requirũtur ad pfectõem fidei
Quarto quid opatur fides in hoie
Quinto in quibus peccatis non debet multiplex inquiſitio fieri
Sexto quid ſit adulterium.

¶ Ad pmũ dubiuin rñdet q̄ ſm Apl'm fides ſic deſcribit Fides eſt ſubſtãtia rerum ſperãdarum argumentum nõ apparẽtium vñ Fides ē ſubſtãtia id eſt fundamẽtum pmi habitus virtutum ⁊ eſt ſperandaꝝ reruꝫ q2 fides ꝑpter aſſenſum facit in nobis ſubſiſtere res ſperatas. ⁊ eſt argumentũ qd pbat de nõ apparẽtibus q̄ ſic ſint. ⁊ d2 nõ apparẽtium. q2 fides illa manifeſtat q̄ p ſe nõ apparẽt. Uñ etiam magiſter ſniaꝝ dt q̄ fides eſt ỽtus qua credunt que nõ videntur

¶ Ad ſecũdum reſpondetur q̄ ideo primo in cõfeſſione querendum eſt de fide quia fides eſt fundamentũ aliarum virtutum. quod multipliciter patet. Nam primo qui vult contemplari ſine fide eſt ſimilis illi qui ſolem vult videre ſine oculis Secundo qui predicat ſine fide ſermonem non loquitur. ſed comparat plumbo deaurato. Tercio q̄ operat ſine fide eſt ſimilis illi qui ſtruit pulchra edificia ſuper arenam. quia fundamentum non ponit

¶ Ad tercium rñdet q̄ multa requirũtur ad fidei pfectõem Primum q̄ ſit in charitate formata ſicut fides. Marie magdalene quã fides ſaluam fecit ⁊ cui dimiſſa ſunt peccata multa. Scdm q̄ ſit deuotione feruida ſicut fuit fides mulieris cui de9 dixit. O mulier magna ē fides tua. Tercium q̄ ſit bonis operibus approbata ſicut fides Cornelij Quartũ eſt q̄ ſit fortitudine roborata ſicut fides ſtephani laurentij ⁊ alioꝝ martyrum Quintum q̄ ſit humilitati ſubiecta ſicut fides beate ỽginis que ait. Ecce ancilla domini. ⁊c.

¶ Ad quartum reſpondetur q̄ fides multa bona facit in homine. Primo ſaluat. vt dictum eſt marie magdalene. Fides tua te ſaluam fecit Secũdo mentem purgat. Unde in actibus apoſtolorum. Fide purificans corda illorum. Tercio contra mundum pugnat. Unde Sancti per fidem vicerunt regna

¶ Quarto poſtulata impetrat. Uñ. O mulier fides tua magna eſt fiat tibi ſicut petiſti. ¶ Quinto tpalia ɔtemnit. vñ Fide moyſes grãdis factus regiã ſpreuit. ¶ Sexto pſeuerare fecit. Uñ apl's. Tu autem in fide ſtas. i. perſeueras. ¶ Septimo iuſtificat. Uñ. credidit abraham deo. ⁊ reputatum eſt ei ad iuſticiam. ¶ Octauo beatificat. vñ. q2 vidiſti

me thoma ⁊ credidiſti. beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. Nō ho alias ꝟtutes ſuperedificat. qꝛ fundamentū eſt aliaꝝ ꝟtutū

¶ Ad quintū m̄deꝛ ꝙ ꝑncipaliter in duob⁹ pctīs non debet eſſe multiplex interrogatio. Primū luxuria. id eſt in peccato contra naturam. qꝛ per hoc ſimplices poſſent ſe mouere ad opus. Scōm eſt auaricia ⁊ ſpecialiter de turpi lucro non debent fieri ſubtiles inquiſitōes ⁊ poſterius committant talia peccata.

¶ Ad ſextum m̄deꝛ ꝙ adulteriū eſt alicuius thori violatio. ⁊ dr̄ quaſi ad alterius thorum acceſſio. ⁊ p̄t vir tripliciter cōmittere adulterium. Primo mō ſi ipſe ſit vxoratus ⁊ peccat cū ſoluta. Scdo mō ſi ſit ſolut⁹ ſ; peccat cū maritata. Tercio mō ſi vterq;. i. vir ⁊ mulier ſint copulati copula matrimonij. ⁊ iſtud eſt ceteris grauius

exhorteꝛ penitētes iteꝝ in pctā cadāt
Sepius ammoneat confeſſoꝛ ne recidiuent
pctōres iteꝝ cadāt exhorteꝛ ſcʒ pctā ſua
Si relabantur moneat ꝙ confiteantur
quicūq;. ſ. ordinate ſolitaria loca inducūt ſecreta fugito
Quiſq̄s amans loca ſola nocēt loca caueto
fugiant modos ruinā trahentes
Et vitent cauſas ad lapſus allicientes,
exhortare pniam ꝑfecte iniunctam ꝓ pctīs
Sollicites penam complete ſatiſfacientem
ſuū cuſtodiant diligenter ſuos corde mēbra
Os ſeruent caute ſenſus cum pectore renes
.i. ad malos lapſus p̄dictoꝝ ꝓnioꝛ conſuetudo
In prauos vſus horum ꝓcliuior vſus
dictum graue plus cuſtodire neceſſariū
Hoc eſt difficile magis et ſeruare neceſſe

¶ In iſta parte oſtendit autoꝛ quomodo cōfeſſoꝛ exhortari debet peccatores vt deſerant pctā. ⁊ dicit ꝙ confeſſoꝛ ſepius debet ammonere hoīes confeſſos ne iterum cadant in peccata Et ſi ceciderint iterum in peccata ꝙ ſtatim faciant confeſſionem ⁊ ꝙ ille qui amat debet vitare loca ſecreta. ⁊ ꝙ ipſe confeſſus impleat penitentiam ſibi iniunctam ⁊ vitet illa per que cadere poſſet in peccata. ⁊ ſeruet caute. os. ſenſus. coꝛ. ⁊ renes quia illa prona ſunt ad peccandum. ⁊ ergo difficile ē illa ſeruare. ſed eſt ſumme neceſſarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Circa textum dubitatur

Primo quid ſit recidiuare
Scd̃o vtꝝ confeſſoꝛ pt̃ capere iuramentum vel votum a confitente ne recidiuet
Tercio vtꝝ opera viua prius facta moꝛtificentur per recidiuationem
Quarto vtrum bona opera prius facta reuiuiſcant per penitenciam ſequentem
Quinto quare amans debet cauere loca ſecreta
Sexto q̄re os. ſenſus ꝛ renes debẽt caute ſeruari

¶ Ad ꝑmũ dubiũ rñdeť ꝙ recidiuare eſt iteꝝ poſt cõfeſſionem in pctã ſtatim cadere. ꝛ eſt valde hoꝛribile qꝛ nocet multipl'r Primo qꝛ homo ꝑ pctm̃ ſecũdariũ fit impotẽtioꝛ ad ſurgendũ. Scd̃o qꝛ culpa fit difficilioꝛ ad remittendum. Tercio quia deus fit difficilioꝛ ad placandum Quarto qꝛ diabolus fit difficilioꝛ ad expellendũ. ꝛ his oib⁹ poſſumus habere exemplũ in vulnere ꝑus ſanato· qd̃ ſi iterato aperiať tardus ſanatur q̄ȝ ſi ibi nunq̄ȝ vulnus fuiſſet

¶ Ad ſecundũ rñdeť ꝙ non eſt ſꝑ licitum cape iuramentum vel votuȝ a confitente ne recidiuet. ꝛ hoc ideo vt euitemus periculum. qꝛ ſi recidiuaret poſt iuramentũ vel votum dupl'r peccaret ſcȝ recidiuãdo ꝛ votum infringẽdo. ſunt tñ aliqui caſus in quibus poteſt capi iuramentũ a confitente ꝙ non cõmittat amplius talia ſcȝ quãdo quis abſoluiť ab ex cõmunicatione. Item quando aliquis fuit incendarius. Item hereticus Item exiſtens in nephando crimine

¶ Ad terciũ rñdeť ꝙ dupl'r op⁹ d̃r viuũ Uno mõ qꝛ efficiť a vita ꝛ ſic opus factũ in charitate nunq̄ȝ moꝛtificať Alio mõ qꝛ efficit vitã ꝛ hoc dupl'r. vel q̃ ad ſubiectũ ꝓpriũ ꝛ ſic moꝛtificať. vel q̃ ad ſubiectũ alienũ et ſic nõ moꝛtificať. qꝛ venit ad gl'am electoꝝ

¶ Ad quartũ rñdeť ꝙ opa bona facta in pctõ moꝛtali nunq̄ȝ reuiuiſcũt ꝑ pniam ſequẽtem. valẽt tñ ad tria. Un⁹. Que ſub moꝛtali bona fiunt dant bona terre. Et faciũt abile. minuũt toꝛmẽta gehẽne Sȝ bona opa moꝛtificata ꝑ recidiuatõem pñt viuificari ꝑ pniam ſequẽtem aut per grãm ſupuenientem. Un⁹. Illa reuiuiſcũt que quondã viua fuerunt. Uiuere non pñt que moꝛtua nata fuerunt

¶ Ad quintũ rñdetur ꝙ amans debet vitare loca ſecreta. qꝛ loca ꝛ tpa inducũt hominem ſepius ad peccãdum. ꝛ maxime ad luxuriam. vt ſolet dici in his verſibus

Si venerem vitare velis loca tempoꝛa vita
Nam locus ꝛ tempus pabula preſtant ei

¶ Ad ſextum rñdeť ꝙ os ad duo deſeruit. Primo ſcȝ quo ad ſapoꝛem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

ne hō peccet. ergo ſaporē ꝛ guſtū debet caute cuſtodire. Secundo deſer-
uit ad loquelā. nam in multiloquio non deeſt pctm̄. Senſus etiā debēt
caute ſeruari quia ſunt porte corpis q̄bus pctā pn̄t intrare. ꝛ p̄cipue vi
ſus ꝛ auditus ꝛ ergo caute debēt ſeruari. pectus etiā debet ſeruari ſcz pro
pctis cordis Renes etiam debēt ſeruari ꝓ luxuria q̄ ex ip̄is orit̃ Renes
luxurie ſunt ſedes ac alimenta

.i. iudex extrinſecus aliquas inhibetur
Viſqꝫ foris iudex per perſonas prohibetur
.i. cōuertere ſuum dans medicinā mutare ꝓhibetur
Flectere iudicium medicus variare vitatur
.i. ↄfeſſor ꝓpter odium ꝓuideat ꝓpter amorem
Sic anime iudex odio caueat vel amore
pctōres pnīe grauare .i. mitigare
Offenſoſqꝫ penis onerare vel alleuiare
ſancte cōſuetudines antiquoꝝ traditōes ↄfeſſor imitet̃
Eccleſie mores vel patrum ſcripta ſequatur
.i. quantitas pnīe ad quantitatem peccati
Sitqꝫ modus pene iuxta moderamina culpe
modus facilior grauior
Et tanto leuior quanto contritio maior
ſanant diuerſa medela aliquod
Vt medici curant vario medicamine corpus
demonſtrent infirmitates ſcz illaꝝ inflāmatōem cutis
Vt curant febres vt vulnus ſiue tumorem
peccatrices diuerſas exigunt remedia
Sic anime varias egre poſcunt medicinas.

¶ In iſta pte autor ↄpat ↄfeſſorē ad iudicē ſecularē ꝛ medicū Et diui
dit̃. nam p̄mo ptz qd̄ dcm̄ eſt. ſcd̄o oñdit ſpēaliter. ꝛ ↄpat ↄfeſſorē ad
medicū. ibi. vt medici curāt Dicit p̄mo ſic. ꝙ ſicut iudex extrīſecꝰ nō debꝫ
flectē iudiciū ꝓpter pſonas. nec medicꝰ variaē debꝫ medicinā ꝓpter pſo
nas Sic etiā iudex vel medicꝰ aīe. i. ↄfeſſor nō debꝫ ↄfeſſis alleuiare vel
aggrauare pnīam ꝓpter odiū vel amorē. ſꝫ debꝫ reſpicē ad ↄſuetudinē
eccl'e ad dcā doctoꝝ ad quātitatē culpe ꝛ ad magnitudinē ↄtritōis Vn̄
ſicut medici curāt varias īfirmitates varijs remedijs vel medicinis. nā
aliter febres aliter vulnera. ꝛ aliter tumores curant Sic etiā aīe pecca-
trices varijs indigēt remedijs ↄtra alia ꝛ alia pctā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Circa textum dubitatur

Primo quot modis frangitur iuſticia iudicij
Secũdo que requirunꝭ ad rectum iudicium
Tercio quid valet iuſticia
Quarto vtrũ acceptio ꝑſonaꝝ ſit pctm̃ in iudicio
Quinto vtꝝ iudex pt accipe munera
Sexto qđ itelligit autoꝛ ꝑ febꝛes vulnꝰ ⁊ tumoꝛẽ

¶ Ad pꝛimum dubiũ rñdeꝭ ꝙ tripliciter ꝑuertiꝭ ſiue frangiꝭ iuſticia iudicij Pꝛimo amoꝛe ſcꝫ perſone vel pecunie Vñ Eſaias Ve vobis q̃ iuſtificatis impiũ pꝛo muneribus et iſti ſunt iam dilecti in mundo Secundo ꝑuertiꝭ iuſticia timoꝛe contra qđ dicit euãgelium nolite eos timere qui occidũt coꝛpꝰ aĩam aũt occidere non pñt Tercio ira vel inuidia Unde in euãgelio Pylatus laudandus eſt iudex qui non flectitur aliquo iſtoꝛum modoꝛum et iſti modi habent etiam veritatem de iudice anime ſcilicet confeſſore

¶ Ad ſecũdum rñdetur ꝙ tria requiruntur ad hoc ꝙ iudiciũ ſit iuſtuꝫ Pꝛimum eſt ꝙ ꝓcedat ex iuſticia id ẽ ꝙ ipſa ſnĩa ſit iuſta Secundum eſt ꝙ in iudice ſit autoꝛitas iudicandi Vñ iudex ſecularis nõ p̃t intromittere de cauſis eccleſiaſticis Tercium eſt ꝙ ſnĩa confiteatur ẜm rectã rationẽ pꝛudentie alias eſſet iudicium ſuſpicioſum ⁊ temerarium

¶ Ad tercium rñdeꝭ ꝙ iuſticia ꝑmo modo beatificat Vñ in euãgelio Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiã ⁊c̃ Secundo exaltat Vñ in libro ſapiẽtie Qui operaꝭ iuſticiam exaltabiꝭ Tercio appetitum concupiſcẽtie refrenat Vñ Eſaias Erit iuſticia quaſi cingulum lumboꝛum eius. Quarto a moꝛte eterna liberat Vñ in prouerbijs Juſticia a moꝛte liberat Quinto coꝛonat Vñ p̃s Retribuet mihi dñs ſcđm iuſticiam meã

¶ Ad quartũ rñdeꝭ acceptio perſonaꝝ in iudicio eſt peccatum vt ſatis patet ex iam dictis Et fit acceptio ꝑſonaꝝ quando iudex melius iudicat amicis cognatis dominis diuitibus vel potentibꝰ q̃ꝫ inimicis alienis ſeruis pauperibus et impotentibus.

¶ Ad quintum rñdeꝭ diſtinguendo de iudicibus qꝛ quidam ſunt iudices oꝛdinarij ⁊ iſti nõ debẽt accipẽ munꝰ ⁊ ſpecialiter nõ debent petere qꝛ ex officio tenentur iudicare. Alij ſunt iudices delegati et iſti poſſunt petere expenſas moderatas ſed non vltra vt ptꝫ extra de vita ⁊ honeſtate clericoꝛum Hec Raymundus

¶ Ad ſextum rñdeꝭ ꝙ in ꝓpoſito ꝑ febꝛes vulnus et tumoꝛẽ intelliguntur tria pꝛincipalia peccata moꝛtalia nam per febꝛes intelligiꝭ luxuria per vulnus intelligiꝭ auaricia que eſt ſicut pꝛofundum vulnus cuius terminus non poteſt inueniri ſic nec auarus ſaciari poteſt nã licet in ſene oĩa vicia ſeneſcant ſola tamẽ auaricia in eo iuueneſcit Per tumo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

rem intelligit̃ ſupbia. q: ſicut tumoꝛ eſt q̃dam eleuatio cutis vel alteri᷒
rei tumeſcẽtis. ſic etiã ſupbus inter alios vult ſe eleuari

oppoſito inuũgas ꝓpterea ſue oppoſita macilis
Opponas igitur anime contraria moꝛbis
bona donet auarus .i. hõ immũdus.
Pꝛopꝛia det cupidus. ſe caſtret luxurioſus
o hõ inuidioſe inuidiã remoue homo ſupbiam
Inuidie liuoꝛem depone ſuperae tumoꝛem
moderatus eſus ebꝛietatẽ cibi tua refrenet iracũdiam
Sobꝛietaſq; gulam patientia compꝛimat iram
deponat qui leſus eſt faſtidio
Amoueat leſus rancoꝛem. tedia meſtus
ſumptio vnde ſoluat excellentiã potationis
Potus aque redimat exceſſus ebꝛietatis
tue voluptates puniat caſtigatio carnis
Carnis delicias caſtiget virga flagellans
digne pniam agat ſubtractum raptoꝛ reſtituat
Vt bene peniteat ablatum pꝛedo repoꝛtet

¶ In iſta pte autoꝛ ſpẽaliter oñdit quõ circa qdlibet pctm̃ ꝯfeſſoꝛ da-
bit ſpẽale remediũ. dicẽs ꝙ tu debes dare medicinas q̃ ſunt ꝯtrarie moꝛ-
bis. i. pctĩs. nam cupidus. i. auarus debet dare ꝓpꝛia bona. luxurioſus
debet ſe caſtrare. inuidus debet dimittere inuidiam. ſupbus ſuperbiam
Sobꝛietas edendi debet coꝛrigere gulam. paciẽtia iram. leſus debet di-
mittere rancoꝛẽ. ⁊ meſtus tedia. Ebꝛietas debet caſtigari p potũ aque ⁊
cõtra delicias carnis debet fieri flagellatio. ⁊ raptoꝛ debet reſtituẽ ablata

Circa textum dubitatur
- Primo vtrũ pctã pñt curari p̃ contraria.
- Secundo quomodo vitia poſſunt mutari in virtutes contrarias
- Tercio q̃ ſunt ꝯſideranda in ſatiſfactione
- Quarto que ſunt requiſita ad ſatiſfacientem et ſatiſfactionem
- Quinto an pꝛedo debet ablata reſtituere
- Sexto de intellectu littere

¶ Ad pꝛimũ reſpondetur ꝙ ſic. quia vnum contrarium natum eſt ex-
pellere reliquũ. vt caliditas expellit frigiditatem. etiam dicit P. in pꝛe-
dicamentis ꝙ virtus contrariatur vicio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

¶ Ad ſecundū rñdet ſm .P. ſecūdo ethicoꝝ vbi dr virtus moralis cō/
ſiſtit in medio Vñ v̄tus ibidem deſcribit ſic Virtꝰ eſt habitus electi/
uus in medio ꝯſiſtens ⁊ qꝛ v̄tus cōſiſtit in medio ſcȝ duoꝝ vitioꝝ extre
moꝝ quoꝝ vnū ē ſupꝛa ⁊ aliud infra ſcȝ exceſſiue dare ⁊ dr ꝓdigalitas a
liud eſt infra id ē modicū vel nihil dare ⁊ dr ꝑcitas Vult ergo textꝰ ꝙ
cupidus vt ꝓdigꝰ large ſua diſtribuat luxurioſus totaliter ſicut caſtra/
tus viuat non tamen debet ſe priuare membꝛis
¶ Ad terciū rñdet ꝙ tria ſunt conſiderāda in ſatiſfactione in quibus
ſatiſfactio debet coꝛreſpondere culpe Primum eſt numerꝰ nā ꝓ ſubtrac
tione duoꝝ denarioꝛū nō ſufficit ſatiſfactio vniꝰ Secundū eſt pondꝰ
Tercium eſt menſura Vnde anguſtinus. Tāto tpe quis debet eſſe in
pena quanto fuit in peccato.
¶ Ad quartū rñdet ꝙ ad ſufficientem ſatiſfactionem requiruntur ali/
qua ex parte dei aliqua ex pte peccatoꝛis et aliqua ex parte eccleſie. Ex p/
te dei requiruntur duo Primū eſt miſericoꝛdia qua deus culpam indul
get Secundum eſt iuſticia Ex parte peccatoꝛis etiam requirunt duo.
Primum ē doloꝛ de peccatis perpetratis et omiſſis bonis Secundū
eſt amoꝛ dei ⁊ ſuoꝛum preceptoꝛum Ex parte eccleſie duo requiruntur
Primum ē meritū chꝛiſti et ſanctoꝝ. Secundum eſt indulgentia que
datur per papam epiſcopos vel eoꝛum vicarios
¶ Ad quītum rñdet ꝙ predo et quilibet habens bona iniuſta tenetur
illa reſtituere illis ex quibus ſunt exoꝛta vel heredibus eoꝝ Et ſi neſci/
antur illi debēt dari pauperibus vel vſui eccleſie in tali ciuitate vel vil/
la in qua illa bona ſunt male acquiſita et non ſolum ꝑncipales id eſt q̇
pꝛīcipaliter iniuſta bona acquiſierunt tenentur reſtituere ſed etiam illi
qui auxilium vel fauoꝛem adhibuerunt Vñ nouem modis aliquis eſt
in culpa mali qui tamen principaliter non fecit illud malum ⁊ dicun
tur nouē peccata aliena Vñꝰ Juſſio ꝯſilium cōſenſꝰ palpo recurſus
Participans mutuo non obſtās nō manifeſtās. Et declaratio iſtius
habetur in littera Vt tibi ſit vita
¶ Ad ſextum reſpondet ꝙ cum dicit in textu caſtret ſe luxurioſus nō
vult dicē ꝙ luxurioſus debeat ſe priuare membꝛis ſuis qꝛ hoc eēt mag/
num peccatuȝ ſed intendit dicere ꝙ talis luxurioſus debet caſte viuere
ac ſi eſſet caſtratus Jtem per liuoꝛem intelligit autoꝛ inuidiam inuete/
ratam vel animum ſeu pꝛopoſitum vindicandi leſionem illatā. Jtem
per meſtum intelligit autoꝛ turbatum vel dolentem vel ſecūdum alios
hominem accidioſum et hoc eſt ſatis conſonum littere Jtem per pꝛedo
nem intelligitur quilibet habēs bona aliena iniuſte vt pꝛedo fur latro
vſurarius ſimoniacus

nudos eſurietẽs ſitiẽtes hoſpitor vagos infirmos captiuos
Veſtio cibo poto tectum do viſito ſoluo
cõmodum facio dolẽtib⁹ errantes paupib⁹ .ſ. debitorib⁹
Cõmodo cõpatior conuerto dono remitto
primos vt deſiſtãt a pctis do conſilium .i. quodlibet munus
Arguo ſupplico conſulo do quodcũq; talentum
geniculor de nocte macero corpus in bonis caſtigo corpus
Flecto genu vigilo ieiunio laboro flagello
veſtimẽta nudis incedo pedib⁹ cõtritionem habeo p indulgẽtijs.
Veſtis nuda pedes nudor tero cor peregrinor
pniam ago orõnes p venia .i. ponitur
Peniteo lego ploro precor caro ſic maceratur

In iſta pte oñdit q̃ ſt opa mie. ⁊ ptz ſnia i lrã ⁊ i expoſitõe vltimi dubij

Circa textũ dubitatur
- Primo quotuplicia ſunt opa miſericordie.
- Scdo q̃ ſunt opa mie ad que reducuntur omnia iſta hic in textu poſita
- Tercio quare dicuntur opa miſericordie
- Quarto an paupes etiã pñt aut ſciũt facẽ opa mie
- Quinto q̃ ſit diuerſitas inter ieiunantes
- Sexto dubitatur de intellectu littere.

¶ Ad pmũ dubiũ rñdet q᷒ duplicia ſunt opa mie. nam qdã ſunt corpalia. q̃ ſcȝ fiunt p ſubuentõem extrinſecam Alia ſunt ſpũalia q̃ ſcȝ fiũt p merita bona q̃ merita poſtea dicentur

¶ Ad ſecũdum reſpondetur q᷒ opera miſericordie corpọralia reducuntur ad ſeptem. Primum eſt viſitatio infirmorum. Secũdum eſt cibatio eſurientiũ Tercium eſt potatio ſitientium Quartum eſt redemptio captiuorum. Quintum eſt veſtitio nudorũ. Sextum eſt collectio pauperum peregrinorum. Septimum eſt ſepultura mortuorum. Vñ⁹. Viſito poto cibo redimo tego colligo condo. Et opera miſericordie ſpiritualia etiam reducũtur ad ſeptem. Primum eſt delinquẽti ignoſcere. Secundum eſt peccantem corrigere. Tercium eſt ignorãtem inſtruere Quartum eſt dubitanti cõſulere. Quintum eſt meſtum cõſolari. Sextum eſt p ſalute pximi orare. Septimum eſt iniuriam ſuſtinere. Vñ⁹ Corripit ignoſcit ſolatur ꝯſulit orat. Suſtinet informat q̃ pius ẽ alo. Vel ſic. Corripe ſuade dimitte ſolare fer ora.

¶ Ad tercium rñdetur q᷒ duplici de cauſa dicunt opera miſericordie. Prima eſt q: procedũt ex miſericordia ⁊ pietate hoĩs ⁊ fiũt ſimpliciter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

et pure intuitu pietatis et amore Scđa eſt qꝛ miam dei impetrāt ⁊ deū
ad miam ꝓuocāt Vñ in euāgelio Eſuriui et dediſtis mihi māducare et
ſeq̄tur ad ꝓpoſitum venite ergo bñdicti pr̄is mei ⁊c̄.

¶ Ad quartum rñdetur ꝙ paupes ita bene pñt impetrare miam dei ſi
cut diuites nō tñ paup̄ tenet̄ neqꝫ eīm valet aliq̄s veſtire ⁊ nutrire ⁊ hu
iuſmodi op̄a bona facere ad h̄ec āt ideo nō tenet̄ qꝛ deficit in medio ſcili
cet in bonis t̄palib⁹. nec de⁹ quicq̄ꝫ requirē vult vltra poſſe vñ licꝫ pau
per nō p̄t veſtire nudos ⁊ nutrire eſurientes ſatis tñ ē vt h̄eat bonā vo-
luntatē quā libēt īplēt op̄e ſi nō deficeret ī bonis ⁊ ideo ita bñ exercet o
pera mie ſicut ille qui op̄e implet qꝛ deus eſt inſpector cordis

¶ Ad quītuꝫ rñdet̄ ꝙ diuerſi hoēs ꝓpter diuerſas cauſas ieiunāt Vñ
quidā ieiunāt ꝓpter ſanitatē vt medici. quidā ꝓpter laudē vt hypocri-
te quidā ꝓpter p̄citatē vt auari. et quidā amore dei vt boni hoēs Vñ⁹
Jeiunat fict⁹ (.i. hypocrita) bon⁹ vt videat̄. Jeiunat parcus ne res ſua
diminuat̄ Jeiunat medic⁹ ne morb⁹ ei dñet̄ Jeiunat iuſt⁹ vt iuſticias
mereat̄ ¶ Ad ſextū rñdet̄ ꝙ p̄mū op⁹ mie ē veſtire nudos Vñ cum vi
deris nudū operi eū Itē ī euāgelio Nud⁹ erā et coop̄uiſtis me Scđm
op⁹ mie ſcđm ordinē text⁹ p̄ntis ē potare ſitiētes Terciū ē cibare eſuri
entes Vñ ꝓpheta ſi eſurierit inimicus tuus ciba illū. Quartū eſt dare
tectū id ē hoſpitare paupes vel p̄egrinos Vñ Egenos vagoſq̄ꝫ induc
in domū tuā Quītum ē viſitare infirmos ad ꝯſolādū eos et inducēdū
ad deuotionē Vñ in euāgelio Infirmus erā ⁊ viſitaſtis me Sextum
eſt cōmodatorē eſſe id eſt indigentib⁹ dare Vñ p̄s Juſt⁹ tota die miſe-
ret̄ ⁊ comodat Septimū ē h̄rē cōpaſſionē Vñ iob Flebā ſup̄ eū q̄ af-
flict⁹ erat cōpaciebar paup̄i Octauū ē ꝯuertere p̄ctōrē ab errore Vñ Ja
cobus Qui cōuertit p̄ctōrē ab errore vite ſue ſaluabit aīam ei⁹ a mor-
te Nonū eſt donare elemoſynā Vñ ꝓpheta Date elemoſynā ⁊ oīa mū
da ſunt vobis Abſcōdite elemoſynā in ſinu paup̄is et ip̄a orabit p̄ vo
bis ad dñm Nā ſicut aq̄ extinguit ignē ſic elemoſyna extiguit p̄ctā De
cimū eſt remittere malefactoribus noſtris. Vñ euāgeliſta dimittite et
dimittemini Vndecimū ē arguere vel corripē delinquētes Vñ ſalēpis
in parabolis Qui arguit prauos laudabuntur et ſup̄ eos veniet bñdic
tio Duodecimū ē ꝯſulere. i. dare bonum ꝯſilium p̄ximo Decimūterci-
um ē ſupplicare leſis vt dimittant offenſionē Decimūq̄rtū ē dare q̄d cū
talentū Vñ ſi deficiat res da dulcia verba Vñ⁹ Si tibi res deficit da
verba benigna petēti. Decimū quītum ē flectere genua cauſa deuotio-
nis vel hūilitatis Decimūſextū ē vigilare in bonis operib⁹ ſcꝫ orōnib⁹
et ſtudijs Vñ p̄s De⁹ me⁹ ad te de luce vigilo Decimū ſeptimū ē ieiu-
nare ⁊ hoc ſolū amore dei vt patuit in quīto dubio Decimūoctauum ē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

laborare in bonis opibus Vñ ps̄ Laboraui in gemitu meo ⁊c̄ labores
manuum tuarum ⁊c̄ Decimūnonū eſt flagellare corp⁹ Vñ ps̄ Quo-
niā ego in flagella pat⁹ ſum ⁊c̄ Viceſimū ē veſtiri duris. vñ Joannes
baptiſta habuit veſtē de pilis camelorū Job xo ſaccū et cilicium Viceſi
mūꝑmū eſt ire nudis pedibus Vñ dñs dixit moyſi Tolle calciamenta
de pedibus tuis. terra em̄ in qua ſtas ſancta eſt Viceſimūſcd̄m eſt con-
tritiōem cordis habere et hoc pro peccatis Vñ ps̄ Sacrificiū deo ſpi-
rit⁹ cōtrib ulatus cor cōtritū ⁊c̄ Viceſimūterciū ē ꝑegrinari vel re pro
indulgētijs q̄ ꝓcedunt ex mīa dei Viceſimūq̄rtum eſt penitē .i. pñiam
facere vñ Johānes baptiſta Agite pñiam appropinq̄bit em̄ regnū dei
Viceſimūquītū ē legere orōnes et ſeruire deo vñ Apl's Seruire deo ē
regnare Viceſimū ſextū ē plorare Vñ beati qui lugēt qm̄ ipi ꝯſolabū-
tur ſcꝫ amore dei Itē Job Meli⁹ ē ire ad domū luct⁹ q̄ȝ ad domū cōui
uij Viceſimūſeptimū ē ꝑcari .id ē orare pro alijs et ſpecialiter pro ini
micis Vñ Chriſtus pendēs in cruce ſic orauit Pater ignoſce illis quia
neſciunt quid faciunt Et ſic patet intellectus littere.

ſacerdoti illa pro pctis conſiderabis
His q̄ȝ confeſſis que ſunt iungenda notabis
manifeſta pnīa ſit manifeſta culpa
Publica ſit pena fuerit ſi publica nota
occulta ſit ꝑ q̄ȝuis noxa occulta ſit pnīa
Si lateat licet enormis lateat q̄ꝫ pena
id eſt pctm̄ facit pnīam agat ſecrete
Hoc eſt ſi peccat occulte peniteat clam
quelibet pctā ſacerdos id eſt ſapientius
Singula confeſſor prudentius vt meditetur
intentio confitētis ſcꝫ pccī confitens conſiderentur
Affectus cauſa vitium perſona notentur
per pñiam veniendi ſequentia
Ad dñm feſtinandi ſunt hec tibi causſe
purgatorium ſcꝫ tua infirmitas verecundia
Ignis purificans mors egritudo ruborq̄ꝫ
magnitudo mos id eſt peccati
Et culpe grauitas et cōſuetudo ruine
de peccatis.
Hic modus eſt cōfitendi eſtq̄ꝫ ſatiſfaciendi

¶ Finaliter in hac pte oñdit autoꝛ in gn̄ali quō imponi debet peniten-
cia dicēs ꝙ poſtq̄ꝫ fcā eſt cōfeſſio de oibus pctis p̄dictis tūc confeſſoꝛ no
tare debet pniam q̄ꝫ velit iniungē Nā ſi pctm̄ fuerit publicū. pnia erit
publica et ſi ſit ſecretū ſecreta debet eē pnia. ꝛ vt ꝯfeſſoꝛ poſſit oīa bene ꝛ
prudenter meditari debet notaē affectū. cās. viciū ꝛ pſonā ꝯfitētis. Di
cit vltra ꝙ iſta q̄ ſequunt̄ faciūt aliquē feſtinaē ad dn̄m ſcꝫ ignis purga
toriȷ̈. egritudo ruboꝛ. grauitas. culpe. ꝛ ꝯſuetudo peccandi.

Circa textū dubitatur

Primo q̄re p pctō ſecreto nō dꝫ imponi publica pnia
Scd̄o q̄re affcūs cauſa vitiū ꝛ pſona notari debent
Tertio quō intelligenda ſit illa littera ad dn̄m.
Quarto q̄re ꝛ pꝓpter q̄d ſit purgatorium
Quīto vtꝝ pena purgatoriȷ̈ ſit grauiſſime (purget
Sexto vtꝝ ignis purgatoriȷ̈ agit in aīam ꝛ an aīa p ipꝫ

¶ Ad p̄mū dubiū r n̄det̄ ꝙ ſi pctm̄ ſit ſecretū non dēt imponi publica
pnia. qꝛ ſcā eccleſia nunq̄ꝫ ſcādaliſat aliquē niſi ſcandaliſatus fuerit ꝛ p
publico pctō. publica debet imponi pnia
¶ Ad ſecūdum rn̄det̄ ꝙ p̄mo debet attēdi affectio. i. ꝯtritio ꝯfitentis
dolor de pctis amoꝛ dei ꝛ p̄ceptoꝝ eiꝰ intētio abſtinēdi de cetero. fides
catholica. et huiōi. qꝛ ſm̄ exigentiā iſtoꝝ maioꝛ vel mioꝛ dꝫ imponi pe-
nitētia Scd̄o dꝫ notari cauſa peccati ſcꝫ an ſit fcm̄ ex ignoꝛātia vl̄ im-
potētia vl̄ ex pura volūtate aut ꝯſilio vel huiōi Tercio dꝫ attēdi vitium
ſcꝫ an ſit veniale vl̄ moꝛtale cū eoꝝ circūſtātijs Quarto debet attendi p-
ſona ſcꝫ vtꝝ ſit ſecularis vl̄ religioſꝰ aut in oꝛdinibꝰ vl̄ nō aut vir l̄ mu
lier vtꝝ liber vel ſuilis. aut diues l̄ paup aut ſenex. aut iuuenis an ſapi-
ens l̄ ſtultꝰ ꝛc̄ qꝛ varietatē iſtoꝝ pnia dꝫ variari ſm̄ iudiciū diſcreti con
feſſoꝛis ¶ Ad terciū rn̄det̄ ꝙ illa lrā ad dn̄m feſtinādi pt̄ duplr̄ intelli
gi. Primo mō ſic ꝙ illa q̄ ponunt̄ in lrā ſunt cauſe feſtinādi ad dn̄m. i.
faciēdi pniam ꝛ diſponendi ſe ad xp̄m Alio mō intelligit̄ ſic lrā ꝙ illa
ſunt cāe feſtinādi ad dn̄m. i. poſt moꝛtē citiꝰ veniēdi ad dn̄m
¶ Ad quartū reſpondetur ꝙ multis de cauſis oꝛdinatum eſt purgato
riū Prima cauſa ē: qꝛ homines valde boni habebūt celū homines valde
mali habebunt infernū et per conſequens homīes mali malicia veniali
habebunt locū ad delendum peccata: et ille erit purgatoriū. Secunda
cauſa eſt quia ſicut ſumma bonitas chriſti non patitur aliquod bonum
irremuneratuꝫ Sic ſumma iuſticia eius non patit̄ aliquod impunitū
Tercia cauſa eſt. qꝛ claritatem diuine lucis ſoli oculi mundi coꝛdis cer-
nere poſſunt Quarta cauſa eſt. qꝛ per culpam diuinitas offenſa eſt ergo
requiritur ſatiſfactio. et diuina imago in nobis defoꝛmata ē iō requirit̄
expurgatio Quīta cauſa ē qꝛ contraria contrarijs curant̄ ergo delecta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

tio peccati deliri debet pena purgatorij

¶ Ad quitum r̄ndet scd̄m mgr̄m snīaꝝ libro quarto dicente sic. Dicūt ignis purgatorij ꝛ si eternus nō sit miro tn̄ modo grauiꝰ est ꝛ excellit oēm penā quā vnq̄ȝ aliq̄s passus ē in hac vita. nunq̄ȝ em̄ in carne inuēta ē tanta pena nā licet martyꝛes passi sunt inumerabilia toꝛmēta excellit tamen ignis purgatoꝛij omnia ista.

¶ Ad sextū r̄ndet ꝙ ignis p̄t dupl'r ꝯsiderari Uno mō vt instrumentū nature et sic non agit in aīam ȝ solū in coꝛpus Alio mō vt instrumētū diuie iusticie ꝛ sic agit in aīam impᵱmēdo illi pnīam Si tūc queritur vtꝝ ile ignis equal'r agat in aīas sic ꝙ nō magis in vnā q̄ȝ in aliā Rn̄detur ꝙ nō' ȝ ex diuia oꝛdinatōe ignis magis vel minus cruciat aīam ȝ ꝙ aīa plus vel minꝰ de pctīs venialibꝰ secū poꝛtat Mūdemꝰ ergo nos vera contritiōe confessione ꝛ opis satisfactiōe vt festinare possumus ad gloꝛiam dei Quā nobis ꝯcedat q̇ est bn̄dictus in secula seculoꝝ Amen

Duodecim articuli fidei.

¶ Primus articulꝰ Petrꝰ Credo in deū prēm oipotētē creatoꝛē celi ꝛ terre Un̄ Esaias Prēm inuocabitis q̇ terrā fecit celos ꝯdidit ¶ Secūdꝰ Andꝛeas et in ihm̄ xpm filiū eiꝰ dn̄m nr̄m Un̄ Dauid Dn̄s dixit ad me filiꝰ meus es tu ¶ Terciꝰ articulꝰ Jacobus maioꝛ Qui conceptus ē de spū scō natus ex maria ꝟgine Un̄ Esaias Ecce ꝟgo cōcipiet et pariet filiū ¶ Quartꝰ articulꝰ Joānes euāgelista Passꝰ sub pōcio pylato crucifixus moꝛtuꝰ et sepultus Un̄ zacharias. Aspiciēt oēs ad eū quē crucifixerūt ¶ Quītus articulꝰ Thomas Descendit ad inferna tercia die resurrexit a moꝛtuis Un̄ Ozeas o moꝛs ero moꝛs tua moꝛsus tuus ero inferne ¶ Sextꝰ articulꝰ Jacobꝰ minoꝛ Ascēdit ad celos sedet ad dextrā dei pr̄is oipotentis Un̄ Amas Qui edificat ascensiōem suā in celo ¶ Septimus articulus Philippus Inde vēturus est iudicare viuos et moꝛtuos Un̄ Sophonias Ascendam ad vos in iudicio ¶ Octauꝰ articulꝰ Bartholomeꝰ Credo in spiritum sanctum. Unde Johel Effundā de spū meo sup oēm carnē. ¶ Nonꝰ articulꝰ Matheus Scām eccl'am catholicā scōꝝ cōiōem Un̄ zacharias Inuocabūt oēs nomē dn̄i ꝛ seruiēt ei ¶ Decimꝰ articulꝰ Symō Remissiōem peccatoꝛum Un̄ Malachias Deponet deus omnes iniquitates nostras ꝛ proijciet omnia peccata nostra. ¶ Undecimus articulus Judas thadeus Carnis resurrectionem Unde Daniel propheta Educam vos de sepulchꝛis vestris. ¶ Duodecimus articulus Mathias Et vitam eternam. Amen. Unde Ezechiel pꝛopheta. Euigilabunt omnes. alij ad vitam. alij ad moꝛtem.

D ij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

¶ Septem peccata moꝛtalia

Ut tibi ſit vita ſemper ſaligia vita
Monſtrat ſaligia que ſunt moꝛtalia ſeptem
luxuria auaricia ſupbia accidia inuidia
Luxus aua ſuper ac inuidus ira gula

	S	Superbia
	A	Auaricia
	L	Luxuria
Saligia	I	Ira
	G	Gula
	I	Inuidia
	A	Accidia

¶ Quinqꝫ ſenſus

Viſus et auditus cum tactu guſtus odoꝛqꝫ
ſcꝫ viſu auditu.ꝛc. omnis peccata
Senſibus his quinqꝫ haurit homo ſcelera

¶ Decem pꝛecepta domini

moyſi ſcripta
Jn tabulis binis lex eſt depicta petrinis
tenet ſcꝫ ſequentia
Lex pꝛecepta dei continet iſta decem
Unum crede deum. Nec iures vane per ipſum
Sabbata ſanctifices Habeas in honoꝛe parentes
Non ſis occiſoꝛ. Fur. Mechus. Teſtis iniquus
Alterius nuptam. Nec rem cupias alienam
Hec quicunqꝫ velis ſaluarier accipe iuſſa

¶ Nota ꝙ decem p̄cepta ſunt data ↄtra decē plagas egyptiacas decem pꝛecepta patēt in his metris Unū crede deū.ꝛc. Et decē plage egyptiace patent in his verſibus ſequentibus

quia in deum non crediderunt
Pꝛima rubeus unda
qꝛ nomen dei blaſphemauerunt
Rana plaga ſecunda
qꝛ dei ſabbata cōtempſerūt
Inde culex triſtis
quia parentibus non obedierunt
Poſt muſca nocētioꝛ iſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

quia ſanctos dei occiderunt quia furtis intenderunt.
Quinta pecus ſtrauit Veſicam ſexta creauit
quia fornicationi vacauerunt quia iniquia teſtimonia protulerūt
Jnde ſubit grando Hinc brucus dente neſādo
qꝛ adulterium cōmiſerunt quia auaricie ſtuduerunt
Nona tegit ſolem Prima necat vltima prolem

Septem ſacramenta

p̄ſbyteriū matrimoniū baptiſmꝰ q̄ fit in frōte ꝑ ep̄m ſacramētū altaris
Ordo coniugiū fons confirmatio panis
que fit in firmis ad mortem que fit ſacerdoti pro venia
Vnctio poſtrema confeſſio ſunt ſacramenta

Septem dona ſancti ſpiritus

ſapiētia.intellectꝰ.cōſiliū fortitudo.timor.pietas.ſcientia.
Sap intel con for ti pi ſci.collige dona

¶ Septē opera miſericordie corpalia,

viſitare infirmos.potare ſitientes.cibare eſuriētes.redimere captiuos:
Viſito poto cibo redimo
tegere nudos colligere ꝑegrinos ſepelire mortuos
Teg colligo condo

Septē opa miſericordie ſpūalia

corrigere peccantē ꝯſulere dubitāti.docere ignorantē delinq̄nti ignoſce
Corripe ſuade doce dimitte.
ꝯſolare meſtū.ferre iniurioſos orare pro ſalute proximi
Solare fer ora

Quattuor ṽtutes cardinales	Juſticia qua redditur vnicuiq; quod ſuum eſt
	Prudentia quacognoſcit q̄d agēdū ⁊ q̄d fugiēdū ſit.
	Tp̄antia q̄ cohercet appetitꝰ ab his q̄ turpit appetūt
	Fortitudo q̄ aīmꝰ i aduerſ n̄ frāgit.⁊ i ꝓſp̄is n̄ extolitur
Tres ṽtutes theologice	Fides ſine qua nemo ſaluari poteſt
	Spes q̄ ꝑ deſideriū ⁊ ſuſpiriū ītroducit ad q̄etꝫ gaudiū
	Charitas q̄ diligiꝰ deū ſupra oia ⁊ ꝓxios ſicut noſipos

¶ Octo beatitudines

Paupertas ſpūs.mitis.lugens.miſerenſq;
Juſticiam petere.cor mundum.perſequiturq;

His octo fiet ſepe beatus homo
Beati paupes ſpiritu qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ
Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram
Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur
Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiā qm̄ ipſi ſaturabūtur
Beati miſericordes. qm̄ ipſi miſericordiam ꝯſequentur
Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt
Beati pacifici. quoniam ipſi filij dei vocabunt
Btī q̇ ꝑſecutōem patiunt ꝓpter iuſticiā. qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ

¶ Sex pctā in ſpūm ſcūm

ipugnatio ꝟitatis agnite. p̄ſumptio de dei miſcdia. deſꝑatio a pctīs
Impugnās verū. p̄ſumens. ſpemqꝫ relinquens
obſtinatio invidentia fraterne charitatis.
Hinc induratus. odiens quoqꝫ fratris amorem
contemptus penitentie
Emendā ſpernēs impugnant pneuma beatum.

¶ Quattuor pctā clamātia ad deū ꝓ vindicta

homicidiū peccatū ꝯtra naturam
Clamitat in celis vox ſanguis. et ſodomorum
pauperꝝ a potētibus oppreſſoꝝ qn̄ laborātibus nō ſoluitur
Vox oppreſſoꝝ. merces detenta laborum

¶ Nouem peccata aliena

iubere alijs vt mala faciant — dare ꝯſiliū alteri vt damnum inferat — dare cōſenſum alteri ad malefaciendum.
Juſſio — conſilium — conſenſus
laudaē raptorē l' aliū pctōrē hoſpitaē fures aut maleficos ⁊ laudaē eos
palpo — recurſus
habere partem de bonis ablatis — doloſe furtū vl' rapinam facere — nō reſiſtere qn̄ ſine periculo facere poſſet
Participas — mutuo — non obſtans
nō reuelare ⁊ manifeſtare rem ablatam quando ⁊ vbi poſſet.
non manifeſtans

¶ Finit libellus de mō cōfitendi et penitendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 57